Declaration

Qui crée un monoyeur a Paris

Du 28e. aoust 1350.

Joannes dei gratia Francorum Rex,

Notum facimus universis presentibus et futuris quod cum de jure nostro regio stat, et habeamus unum monetarium parisiis de novo constituere et creare nos ad supplicationem dilecti et fidelis consanguinei nostri comitis monfortis super hac pro francisco dicto Bonam foinse parisiis manente nobis factam, ipsum franciscum monetarium tenore presentium constituimus et creamus volentes et concedentes quod ipse et ejus liberi cum tota posteritate in recta linea descendente privilegiis et libertatibus monetariorum regni franciæ communis et concedendis sicut cæteris regni nostri monetarii hujusmodi pacifice gaudeat et beatur quod ut firmum et stabile perpetuo perseveret sigillum nostrum quo ante regni nostri susceptum regimen utebamur presentibus nostris litteris duximus apponendum nostro in aliis et alio in omnibus jure salvo datum apud sanctum dionisium in francia vicesimo octavo die mensis augusti anno domini. 1350./.